



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXV. An certitudine fidei quis certus esse possit ac debeat, se esse
Iustificatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO XXXV.

An certitudine fidei quis certus esse possit ac debeat se esse iustificatum?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ Affirmant posse, debereque credi.

CHRISTVS. Verè Sapiens: Prou.

20. Quis potest dicere, min^o debet de se credere: *Mundum est cor meum, purus sum à peccato. Ideo orabat Ps 5. Cor mundum creauit in me Deus.*

2. Eccl. 9. *Sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei. Et tamen nescit homo; vtrum odio, vel amore dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.*

3. Eccl. 5. *De propitiato peccato nolite esse sine metu; neque adicias peccatum super peccatum, & ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur. De his in Luthero caluin. parte 4. q. 66.*

4. Iob. 9. *Non reprehendit me, cor meum in vita mea. &c. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et tamen, Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.*

5. Dauid Ps. 18. *Delicta quis intelligit? Ab oculis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.*

6. Paulus 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, Vbi horum certitudo iustificationis?*

7. Quid, quod passim Scripturæ Vel Conditiones requirant ad iustificationem: Deut. 4. 2. Paral. 6. Isa. 1. Ioan. 13. *Vos amici eritis, si feceritis, quæ ego precipio*

vobis. Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Act. 8. Si credis in toto corde, licet.*

2. Vel Scripturæ indicant incertum esse, an, qui pœnitet, consequatur remissionem. Vt Dan. 4. *Forſan ignoscat Deus delictis tuis. Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde. &c. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus. Idem Ionæ 3. Act. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittat tibi.*

3. Vel Scripturæ admonent, ne finis inuicem securi quasi certi de adeptâ iustitia. Vnde Prou. 28. *Beatus homo, qui semper est pauidus. 2. Cor. 10. Non enim, qui se ipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat: at habens certitudinem fidei de sua iustitia posset se verè commendare. Verum secus Phil. 2. Cum metu & tremore salutem operamini. 1. Pet. 1. In timore, in obuius vestri tempore cõuersamini. 2. Pet. 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocatiõnem & electiõnem factatis, id est, iustificationem, Rom. 8. Nam quos vocauit, & iustificauit. Quod si iustificationis certitudo ex bonis operibus pendet; nõ igitur ex sola fide. At certa, illorum certitudo est coniecturali.*

QVÆSTIO XXXVI.

An certitudine si lei homo certus esse possit, ac debeat, se esse Prædestinatum.

LVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERO-CALVINISTÆ affirmant adeo, vt negent esse fidelem, qui id non credat, perinde vt credit Christum esse, & Deum esse.

CHRISTVS. I. Ego verò docui, salutem ex conditione operum dependere. Mat. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus,*